SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Archivio Storico
Comune di San Gemini – TR

D.8
Trascrizione 1r

In nomine Dni Iesu Christi ejusque gloriosissime genitricis semper virginis Marie Amen. Quoniam jura communitatis propter varias ipsarum administrationes sepe perdi et abscondi, et seu propter earum senectutem legi non posse corrumpitur. Ideo hoc est sumptum, et exemplum sive copiam cujusdam Bulle publice ex proprio origina=li debito modo scripto subscripto ac plombato plombo suspenso corda canapina et registrato ut moris est, sumptum et exemplatum per me Conradum notarium, et Cancellarium infrascriptum de man=dato, et commissione Magnificorum Dominorum Priorum prefate Terre Sanctigemini, videlicet Mariangeli de Fadalfis et ejus so=ciorum, cujus tenor sequitur, et est talis videlicet.

Calistus Epus servus servorum Dei venerabili fratri Epo Narniensi &c.

subscriptio: F. de Spada

(F.)
R. Fernandis
A. de Amelia

Quo quidem exemplo viso, ausculato, et in omnibus et per omnia cum dicto originali concordare invento, coram Rdo Dno Charolo de Sarace=nis Legum Doctore ac Rmi Dni Venture Bufolini Epi Interamnensis Auct. Camere Aplice .... et SSmi Dni nri Commissarii, ac prefate Terre Sanctigemini Gubernatoris Locumtenente, una cum Ser Palmerio ejus Officiali, et me Conrado Cancellario infrascriptus. Prefatus Dnus Locumtenens sedens pro Tribunali ad ejus solitum juris bancum in Palatio Communis dicte Terre Sanctigemini, premis=sis omnibus, et singulis suam interposuit auctoritatem pariter et de=cretum. Mandavitque, et decrevit dicto sumpto copie, et exemplo, tam quam dicto proprio originali a quibuscumque citari ac stari, et fi=dem plenissimam adhiberi. In quorum fidem se propria manu ac nos notarios predictos subscribi cum impressione sui soliti sigilli.

Ego Conradus de Nicolis quondam Dni Petrini Casalen. Diocesis pu=blicus Imperiali auctoritate notarius, et presentialiter dicte Terre San=ctigemini Cancellarius suprascriptum sumptum, copiam et exemplum su=prascripte Bulle ex suo proprio originali sano, integro, et omni prorsus vitio et suspitione continente de commissione prefati Revdi Domini Locumte=nentis, et duorum Priorum dicte Terre fideliter sumpsi, insinuavi, et in presenti carta scripsi, ipso collationato et concordare invento cum dicto originali ut supra, ideoque me subscripsi cum appositione mei soliti tabellio=natus signi in testimonium veritatis premissorum ista die Lune nona mensis Januarii anno Dni millesimo quingentesimo tertio Indictione se=xta Pontificatus SSmi D. N. Dni Alexandri divina Providentia PP. sexti presentibus Bartholomeo Ser Andree Fulginaten., et Benedicto Cristofori Perusi=no Officialibus dicti Dni Locumtenentis testibus ad hec vocatis, et rogatis.

Ego Palmerius Petri Caporitti de Aspra Dioeces. Sabinensis publicus Imperiali auctori=